Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



43

Quoniam tacui a confessione peccatorum meorum defecerunt
a fortitudine omnes vires mee interiores peccatorum molle de-
presse et debiles facte sunt ad resistendum peccato dum cla-
mavem presumptuose tota die me iustum iactando de me-
rito dum ex me non haberem nisi peccatum iste tacuit con-
fessionem clamauit de meritis presumens et sic tacuit un-
de profecerat non tacuit unde defecerat

Verum quia baculus correcionis tue me supbum
tetigit assidue et in ipa assidua tribulacione flagellator
meorum conuersus sum ad cognoscendum miseriam meam
plangendam dum vemorsus conscientie in figitur
cordi meo

Postqm te iratum michi compeci qui tacueram non
solum tacui sed delictum meum obmissionis
cognitu tibi feci p veram confessionem et satisfactionem
et iustitiam meam quam omisi faciendo no faciendam
non abscondi sed aperui ut operiretur tu et detexi ut
tegeres tu

Proposui confiteri iustitiam meam domino accusan-
do et damnando me non alios et tu misericorditer
indulsisti impietatem peccati mei

Pro hac peccatorum remissione et vera orabit ad te
omnis sctus ut eam valeat sibi impetrare quia nemo
est hic a peccatis immunis unde nullus sctorum est qui as-
sidue non dicat dimitte nobis debita nra orandum aut
est in tempore opportuno s. gre et uite pntis quia in
alia uita nemo proficit confitetur

Verumtamen et sanctus orat p vera peccatorum et
etiam in tempore opportuno illi aut qui sunt defluen-
tes et natantes in carnalibus concupiscentiis vel exte-
ribus diuersarum nequitiarum non approximabunt ad
deum quia exteriores sequnt nisi prius aqua confessionis
peccatorum et humiliacione cordis mundentur